



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Instrumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

limitatum est spatiū duorum mensium à die confectionis examinis, alioquin provisio & institutio devolvitur ad sedem Apostolicam, Bul. Pii V. que est 32. & incipit, in conferendis.

## INSTRUMENTUM:

**P**rimò, copia licet non faciat fidem, etiam quod à pluribus Notariis esset confessa, Dec. in Auth. si quis in aliquo, n. 8. de eden. tamen Rota aliquando dat ei fidem concurrentibus pluribus administriculis. Caputaq. dec. 234. 1. par.

Secundò, instrumentum productum non citata parte ad dicendum contrà, & si fuerit recognitum, non probat, idem dec. 99. par. 2.

Tertiò, instrumentum liquidum, seu in forma Carteræ non meretur executionem, quando potest argui de falso, idem dec. 274. par. 2.

Quartò, instrumentum, et si recognosci debeat, hoc tamen fallit, quando est rogatura septuaginta annorum, & maximè si est originale, idem dec. 5. 3. p.

Quintò, si instrumenta fuerint amissa, qualiter probetur jus emphyteuticum, per Dominum, an per emphyteutam: vide Doct. in l. 2. numero 21. vers. decimoquarto, q. de jur. emphyt. & in l. si certis annis, in fine, de pactis.

## INTERDICTUM.

**P**rimò, queritur quid faciet confessarius inveniens pénitentem interdictum, vel nominatum, vel generaliter?

Respondeatur primò, si interdictum est tantum personale, quod nec potest eum absolvere, durante causa interdicti, vel interdicto, & tunc maximè, quando pénitens fuerit causa interdicti.

Dico secundò, quod potest absolvī in articulo mortis, prout dictum est in practica mea pénit. c. 15. q. 4. & sepeliri in loco sacro, etiam si fuerit nominatum interdictus, ita Host. l. 6. tit. 3. ar. 4. ubi loquitur generaliter de omnibus peccatoribus & praecisis ab Ecclesia, modò sint Ecclesiae reconciliati, quod sit per Sacramentum pénitentiae, & addo ego satisfacta parte lœsa, c. alma mater, de sent. excom. l. 6. Dices, Cl. 1. de sepult. & Doct. communiter dicunt, ut Pisana, & supplementum in ver. interdictum, 4. §. 3. & 11. quod licet interdictus moriatur cum pénitentia, non tamen est sepeliendus in loco sacro, sed extrā, & postea sublatio interdicto sepeliatur in loco sacro?

Respondeatur, quod loquuntur, quando concurrunt duo, s. interdictum personale, & locale, sed quando solum personæ essent interdictæ, tunc morientes cum pénitentia, & praestita per hæredes idonea cautione de satisfaciendo parti lœsa, & parendo mandatis Ecclesiæ, si quid foret satisfaciendum, vel parentū, quod possent sepeliri in loco sacro, Gl. in Cl. 1. ver. interdictos, de sepul. facit c. parochianus, de sent. excom. & c. à nobis, il secundo, eo. tit. c. literis, de raptor. hoc clarè dicit Inn. in c. si. nu. 7. de exce. pral. adestratio communis, quia cui communicavimus vivo, & defuncto comunicare possu-